

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Maria u  
cum uariis

Virgo regia ipsa est uia per quam Saluator aduenit, procedens de ipsius utero tanquam sponsus de thalamo suo. Per te accessum habeamus ad Filium, O benedicta inuentrix gracie, genitrix uite, mater salutis, ut per te suscipiat nos qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostre corruptionis, et humilitas Deo grata nostre ueniam impetret uanitati. Copiosa caritas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum, et fecunditas gloriosa fecunditatem nobis conferat meritorum.

Bernardus sermone II.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

regia] ipsa est *add. (del. intra)* B; grata] gratia V<sup>1</sup>; impetret] impetrat M, impetrat (*cor. supra lin.*) B; uanitati] uanitatis (*cor. sub lin.*) C; et *om.* V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Bernardus] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; II. *om.* L<sup>2</sup>